

## 52. Scribere proposui

Piae Cantiones 1582

Anonymous

Scri - be - re pro - po - su - i de con - tem - tu mun - da - no,  
Iam est ho - ra sur - ge - re de som - no mor - tis va - no,  
5 Zi - za - ni - am sper - ne - re sum - to vir - tu - tum gra - no:  
9 Sur - ge, sur - ge, vi - gi - la, sem - per e - sto pa - ra - tus.

ref: Surge, surge, vigila &c.

2. Ubi sunt qui ante nos in hoc mundo fuere?  
Venias ad tumulum si vis eos videre:  
Cineres et vermes sunt postquam computruere.
3. In hoc mundo nascitur vir omnis cum moerore,  
Atquae vita ducitur humana cum labore,  
Post extremum clauditur cum funeris dolore.
4. Vita brevis, breviter in brevi finietur,  
Venit mors velociter et neminem veretur,  
Omnia mors surripit, et nulli miseretur
5. O si scires gloriam in Regno beatorum,  
Nunquam dares animam ad vana mundanorum,  
Sed servires iugiter Rectori angelorum.
6. O quam felices hi sunt qui cum Christo regnabunt,  
Facie ad faciem dum ipsum inspectabunt,  
Sanctus Sanctus Sabaoth, Domino proclaimabunt.
7. O quam dolor flebilis a Christo separari,  
Et nunquam in numeris iustorum nominari,  
Sed semper in tenebris inferni cruciari.
8. O si poenam minimam sentires damnatorum,  
Bene vim hic sufferres cunctorum tormentorum,  
Ut sic posses fugere dolores captivorum.
9. Ibi nullam requiem acquirunt existentes,  
Nec lassantur Daemones animas punientes,  
Quorum voces clamitant, Vae Vae aeternaliter.